

Mitteilungen
des
Oberösterreichischen Landesarchivs

15. Band

Linz, 1986

INHALTSVERZEICHNIS

Karl V. als Landesherr des Fürstentums ob der Enns Von Christiane Thomas	5
Die Legitimatio per oblationem curiae in Veith Stahels Traktat vom Erbrecht Von Egon Conrad Ellrichshausen	55
Stoffproben aus der Linzer Wollzeugfabrik Von Ingeborg Petrascheck-Heim	79
Astronomische Forschung im 18. Jahrhundert in Kremsmünster. Zu den ersten Berechnungen der Bahn des Uranus nach dem Briefwechsel zwischen Placidus Fixmillner O.S.B. und Maximilian Hell S.J. (1771—1790) Von Ansgar Rabenalt O.S.B.	93
Zur Bildung ländlicher Unterschichten. Der „Sauschneider“ Kaspar Schiffner (†1797) und seine Bibliothek Von Georg Heilingsetzer	217
Quellen zur Frühzeit der Textilindustrie in Oberösterreich Von Gerhart Marckhgott	229
Das Ausseerland bei Oberösterreich Von Harry Slapnicka	257
Elektronische Erschließung rechtsgeschichtlicher Informationen Von Ursula Flossmann	283
Alfred Hoffmann zum Gedenken Von Alois Zauner	289

REZENSIONEN

Lexikon des Mittelalters Bd. 2, Lieferung 9 — Bd. 3 Lieferung 6 (S. Haider)	295
Biographisches Lexikon zur Geschichte der böhmischen Länder (H. Slapnicka)	296
Ortslexikon der Böhmisches Länder 1910—1965, Lieferung 11/12 (H. Slapnicka)	297
Hauke Fill, Katalog der Handschriften des Benediktinerstiftes Kremsmünster I/1 (K. Holter)	297
Maximilian Schimböck, Historische Bibliographie der Stadt Enns (G. Marckhgott) ...	300
Rudolf Zinnhobler, Die Passauer Bistumsmatrikeln für das westliche Offizialat, Bd. 3 (O. Hageneder)	300
Walter Koch, Epigraphik 1982 (G. Heilingsetzer)	300
Friedrich Hausmann, Archiv der Grafen von Ortenburg, Urkunden Bl. 1 (G. Heilingsetzer)	301
Alois Niederstätter, Vorarlberger Urfehdebrieve (A. Zauner)	302

Erich Zöllner, Probleme und Aufgaben der österreichischen Geschichtsforschung (G. Heilingsetzer)	303
Ernst Bruckmüller, Nation Österreich (L. Höbelt)	304
Geschichte Salzburgs. Stadt und Land Bd. I, 2, 3 (K. Rumppler)	305
Die Bayern und ihre Nachbarn, 1. und 2. Teil (K. Rumppler)	306
Land und Reich, Stamm und Nation. Festgabe für Max Spindler zum 90. Geburtstag Bd. I (S. Haider)	307
Land und Reich, Stamm und Nation Bd. II und III (A. Kohler)	309
Botschaften aus dem Meer ob der Enns (S. Haider)	310
Ludwig Holzfurtner, Gründung und Gründungsüberlieferung (H. Berg)	311
Reinhard Höppl, Die Traditionen des Klosters Wessobrunn (G. Marckhgott)	314
Heinrich Wanderwitz, Studien zum mittelalterlichen Salzwesen in Bayern (A. Zauner)	315
Peter Segl, Ketzer in Österreich (K. Rumppler)	316
Dokumente zum Passauer Bistumsstreit von 1423—1428 (S. Haider)	317
Andreas Baumkircher und seine Zeit (A. Zauner)	318
Kurt Klein, Daten zur Siedlungsgeschichte der österreichischen Länder bis zum 16. Jhdt. (G. Heilingsetzer)	319
Totenbuch des Stiftes Schlägl (1630—1800) (K. Rumppler)	320
Herbert Haupt, Fürst Karl I. von Liechtenstein (G. Heilingsetzer)	320
Kleinlandschaft und Türkenkrieg (G. Heilingsetzer)	321
Bernhard Michael Buchmann, Türkenlieder (G. Heilingsetzer)	321
Gert Kollmer, Die Familie Palm (G. Heilingsetzer)	322
Österreich im Europa der Aufklärung (G. Heilingsetzer)	324
Die Auswirkungen der thesesianisch-josephinischen Reformen auf die Landwirtschaft (G. Heilingsetzer)	326
Festschrift zur zweiten Säkularfeier des Bistums Budweis 1785—1985 (H. Slapnicka)	327
150 Jahre Oberösterreichisches Landesmuseum (G. Heilingsetzer)	328
Die Habsburgermonarchie 1848—1918, Bd. IV (G. Heilingsetzer)	328
Gerald Stourzh, Die Gleichberechtigung der Nationalitäten (H. Slapnicka)	329
Karl Megner, Beamte (G. Heilingsetzer)	331
Winfried Becker, Georg von Hertling 1843—1919, Bd. I (H. Slapnicka)	332
Klaus Koch, Generaladjutant Graf Crenneville (P. Broucek)	332
Hans Jürgen Pantenius, Der Angriffsgedanke gegen Italien bei Conrad von Hötzendorf (P. Broucek)	334
Georg Schmitz, Die Anfänge des Parlamentarismus in Niederösterreich (H. Slapnicka)	336
Heinz Hürten, Geschichte des deutschen Katholizismus 1800—1960 (H. Slapnicka) ..	337
Die Städte Mitteleuropas im 20. Jahrhundert (H. Slapnicka)	337
Beiträge über die Krise der Industrie Niederösterreichs 1918—1939 (G. Marckhgott)	338
Franz Vanry, Der Zaungast (G. Marckhgott)	339
Karin Maria Schmidlechner, Der steirische Arbeiter im 19. Jahrhundert (G. Marckhgott)	339
Karl Flanner, Wiener Neustadt im Ständestaat (G. Marckhgott)	339
Gerhard Botz, Gewalt in der Politik (G. Marckhgott)	340
Erna Putz, Franz Jägerstätter (G. Marckhgott)	341
Geschichte als demokratischer Auftrag. Karl R. Stadler zum 70. Geburtstag (G. Marckhgott)	341

Observationes Uraniae post
eius oppositionem ad solem anno 1786.

	Asc. R.	Decl. B.	longit. vera	lat. B.	tab.	
die 17 Februarii ^{ab}						
9 ^h 23' 27"	3 ^s 18° 56' 34.8"	22° 48' 36.2"	3 ^s 17° 24' 20.8"	28' 46.6"	— 6.7"	—1.7"
14 Aprilis						
10 ^h 36' 9"	3 18 34 50.3	22 50 7.0	3 17 4 34.9	27 43.4	— 2.0	+9.2
19 Aprilis						
10 ^h 12' 28"	3 18 41 12.5	22 49 30.0	3 17 10 28.2	27 51.2	+12.9	—3.6
20 Aprilis						
10 ^h 8' 38"	3 18 42 46.0	22 49 21.5	3 17 11 54.7	27 53.7	+ 9.6	—7.0
4 Maii						
9 ^h 31' 6"	3 19 9 21.0	22 45 51.8	3 17 36 44.7	27 35.6	— 5.1	—1.9
28 Octobr.						
17 ^h 20' 5"	3 27 40 0.0	21 32 29.8	3 25 35 4.6	29 58.8	— 3.4	—3.7
30 Octobr.						
17 ^h 12' 12.3"	3 27 40 1.7	21 32 24.3	3 25 35 6.0	29 53.5	+ 3.6	+5.9

Optarem huc etiam transcribere me posse observationes, quas pro definien-
da positione Uraniae institueram. Verum quum illae comparationi planetae
cum p geminorum innitantur cuius ascensio recta iusto maior a celeberr.
D. Bradley statuta esse videtur veniam dabis Reverendissime ac clarissime
Dne. Dne. si tantisper haec distulero, donec eam fixam cum aliis antehac a me
adhiberi solitis comparavero, eoque modo planetae locum certius definire
queam; Neque enim adhuc utut conatibus adhibitis hoc exequi ob coeli instan-
tiam nubium ac nebularum frequentiam permissum fuit. Referam autem illico
quamprimum omnia voti compos factus fuero. En iam hoc, Reverendissime
RD^{me} Dne. quae causa sit tam diuturnae retardationis praesentis epistolae
quod nimirum incassum speraverim interea temporis me tanta adsecuturum
ut ea, quae ad determinandam oppositionem pertinent, hisce una inserere pos-
sem.

Eclipses satellitum Jovis anno 1786
& initio anni 1787 tubo Doll. 10 ped. factae

die 26 Jan. 9 ^h 21' 55" ^{ac}	Emersio I. observatio plus quam mediocriter bona, etsi coelum non penitus purum
die 28 Julii 14 ^h 18' 54.5"	Immersio III. Fasciae bene visae.
die 6 Octobr. 9 ^h 54' 43"	Immersio I. Fasciae modiocriter, coelum non pu- rum
eodem die 10 ^h 14' 52"	Immersio II. Fasciae ut supra.
die 8 Octobr. 8 ^h 18' 27"	Emersio III. Fasciae malae.
die 29 Octobr. 10 ^h 8' 44.7"	Immersio II. Fasciae non bene, Satelles Jovi pro- pinquus.

ab) i. D. über Tag- und Zeitangabe ist „Temp. med.“ hinzugefügt. Am Ende jeder Zeile fehlen
im Druck „tab.“ und die entsprechenden Werte. Im Berliner Astronomischen Jahrbuch 1790
S. 180, wo Fixmillners Beobachtungen ebenfalls veröffentlicht sind, finden sich diese Wer-
te unter „Fehler meiner Tafeln in d. Länge, in d. Breite“.

ac) i. D. über den Zeitangaben: „Temp. ver.“

die 23 Decemb. 8^h 50' 19" Emersio I. Fasciae bene.

die 10 Januarii 11^h 52' 23" Emersio II. Observatio non contemnenda, licet fasciae non admodum bene visae fuerint.

die 4 Febr. 8^h 57' 29.5" Emersio II. Fasciae debiles.

Priores quattuor observationes & ultima me absente ab alio sunt factae.

Tantum Tibi Vir longe celeberrime! Reliquum est, ut prolixitatis meae, & fatigatae patientiae Tuae veniam rogem, meque inaestimabili favori Tuo porro quam impensissime commendem, qui pro incolumitate Tua Deum precari non desinam, quippe cum sim aeterna beneficiorum Tuorum memoria, & veneratione prorsus singulari

Reverendissimi, clarissimi ac longe celeberrimi

Nominis Tui

demississimus & summe

devinctus cultor

19. MAXIMILIAN HELL AN PLACIDUS FIXLMILLNER.

1787 März 5, Wien

Hell dankt für die in Fixlmillers Brief¹ übersandten Beobachtungsergebnisse aus dem Jahre 1786 und verspricht, sie in seinen Ephemeriden für 1788 zu veröffentlichen. Diese sind gerade im Druck. Er ist dankbar für die freundliche Aufnahme, die seine Ausführungen über Namen und Zeichen des neuen Planeten von seiten Fixlmillers gefunden haben. Neugierig ist er nun, wie Bode in Berlin sich dazu stellen wird. Aber selbst im Falle der Ablehnung wird er sich nicht widersetzen; wobei er auf den Abschluß seines „Carmen“ hinweist: „Non nostrum est, motas vocum componere lites, Sit vota Austriadum candida nosse satis.“ Er fügt nun eine weitere „Apotheosis Uraniae“ hinzu in Anlehnung an den Vers Vergils: „Sic vos non vobis.“² Er will seine eigenen Verse den Ephemeriden für 1789 beifügen. Dort werden auch einige seiner Beobachtungen, die er auf einer Reise in die Arktik³ anlässlich des Venusdurchganges unternommen hatte, zu finden sein.

Admodum Reverende, clarissime, ac celeberrime Domine!

Multis me Tibi celeberrime Domine titulis obstrinxisti litteris Tuis pereruditatis die 8 Febr. ad me datis; gratias Tibi primum maximas ago pro transmissis observationibus anni 1786 a Te Cremifani factis, quibus Ephemerides meas anni 1788, quae actu sub praelo sunt, ornare atque ditare voluisti. Gratissimum dein mihi fuit intelligere amicam Tuam mentem de proposito a me Nomine, et hier-

¹ Brief vom 8. Febr. 1787.

² Dieser Satz stammt nicht von Vergil, sondern vom Vergil-Kommentator, dem Jüng. Donatus: Leben des Vergil Kap. 17. (Diese Auskunft verdanke ich meinem Mitbruder Dr. mag. P. Leonhard Klinglmair. Anm. d. Herausg.)

³ Hell bezieht sich auf seine Reise nach Wardoe im Jahre 1768 (s. Biogr. Hells). Allerdings findet sich der für die Ephemeriden von 1789 vorgesehene Reisebericht erst im Jahrgang 1791, app. pg 301.

oglypho Planetae novo tribuendo: quid ad haec cel. D. Bode in suis ad annum 1790 Ephemeridibus producturus sit, sciendi sum avidus; si illi mea displiceant, me quidem Adversarium non habebit, qui ultimo versu clare professus sum: *Non nostrum est, motas vocum componere lites, sit vota Austriadum candida nosse satis.* Cum Tibi cel. Domine carmen Uranophili non displicuerit, adjungo hic Apotheosim Uraniae ab eodem Uranophilo, ad imitationem illius Virgiliani versus: *Sic vos non vobis concinnatum:*

Apotheosis

Musae Uraniae ex Parnasso in novum Planetam
translatae.

<i>Coelum</i>	<i>Coelestem</i>	
Uranus	Uraniam	coelestia sumere Sceptra
jussit, et aethereum		condecorare chorum. (1)
.....		corpus adire novum. (2)
.....		voce notare globum. (3)
.....		Lege tenere gradum. (4)
.....		Luce beare polum. (5)
.....		conciliare sonum. (6)
.....		Nomen habere novum. (7)

-
- (1) *chorum* scilicet septem Planetarum primariorum.
 (2) *novum* Planetam recens ab Herschelio detectum.
 (3) hoc est, Nomine Suo *Uraniae* novum signare Planetam.
 (4) Lege Kepleriana, et Newtoniana, omnibus Planetis communi, novum in motu continere Planetam.
 (5) Luce Sua:/ut verosimile est:/ *propria* extremum Planetarum orbem quem novus Planeta percurrit, collustrare.
 (6) Harmoniam Planetarum coelestem a Platone, Keplero, et recentioribus Astronomis in systemate Planetario ratione distantiarum mediarum a sole compertam, reddere completam. Mirum certe, quod /: cum distantia media novi hujus Planetae a sole sit prope duplu Saturni: hoc est, *sonus* harmonicus *Uraniae* sit respectu *Saturni* in ratione 2:1 seu *octavus*:/ haec distantia sonum *octavae* emuletur, sonus enim dimidia chordae ad totam chordam, ut notum est, *octavam* sonat.
 (7) Nomen habere novum: id est: Nomen *Planetae*, esseque simul *Musam* in Parnasso, et *Planetam* in coelo, eo prorsus modo, ut ipse Sol, est *Apollo* in Parnasso, et *Phoebus* seu *Sol* in coelo; quod cum Apotheosi *Uraniae* admodum congruit; nam: *ut Musas Phoebus, sic dirigit ille Planetas, Praeside bis Phoebo gaudeat Uranie*.⁴ Scilicet, ut *Urania* Musa Parnassi, ab Apolline, ita eadem *Urania* in coelo, ut *Planeta*, ab eodem, ut *Phoebo* seu *Sole* in sua actione dependeat; ut recte canit *Ausonius: Mentis Apollineae vis, has movet undique Musas, in medio residens complectitur omnia Phoebus.* Scilicet in medio Musarum ita

⁴ Hell zitiert diesen Satz „ut . . . gaudeat Uranie“ aus seinem „Lis Astronomorum de Nomine, quo appellandus sit novus Planeta“ in den Ephemeriden 1788, pg. 307.

residet *Apollo* Sol, ut idem *Phoebus* Sol in medio Systematis Planetarii immobilis versatur.

Haec animi relaxandi causa ab Uranophilo prolata, amico accepta animo velim Ephemeridibus meis 1789 Tabulae Mercurii a meo Adjuncto⁵, juxta Elementa cel.D. Tobiae Mayer supputata, una cum quibusdam meis observationibus in meo itinere arctico, causa transitus Veneris suscepto factis, inserentur. Jam vale clariss. ac celeberrime Domine, at me Tuos inter censere perge. Viennae 5 Martii 1787.

Tui nominis Studiosissimus
Maximilianus Hell.

20. MAXIMILIAN HELL AN PLACIDUS FIXLMILLNER.

1787 April 12, Wien

Hell teilt mit, daß Fixmillners Brief vom 5. April¹ erst am 11. abends in seine Hände gekommen ist. Den Grund dieser Verspätung weiß er nicht. Er erwähnt sodann, daß sich zwischen der beobachteten Position der Urania zur Zeit der Opposition im Jänner und den in den Fixmillnerschen Tabellen angegebenen Werten eine ungewöhnliche Differenz von 32" oder 33" (per defectum) ergebe. Von seinem Adjunkten, Triesnecker, hat er erfahren, daß dieser sich bereits diesbezüglich in einem Briefe an Fixmillner gewandt habe und am 10. schon eine Antwort erhalten habe.² Auch der Direktor der Sternwarte in Buda, Taucher³, habe diese Abweichung festgestellt. Hell kann die Ursache dafür nicht feststellen. Er spricht die Vermutung aus, daß vielleicht ein Komet die Störung hervorgerufen habe. Die Beobachtung kommenden Oppositionen vor allem der am 18. Jänner 1788 werden darüber Aufschluß geben. Die Tabellen von De la Place⁴ stimmen mit den Werten der Opposition im Jänner 1787 besser überein als die Fixmillners. Ob das aber ein Zufall oder bessere Berechnung ist, will er nicht entscheiden. Im folgenden weist Hell auf den erwähnten Brief Triesneckers hin, in dem auch nur wenige Positionen der Urania enthalten sind. Daran ist vor allem die ungünstige Witterung schuld; außerdem besitzt die Wiener Sternwarte kein parallaktisches Instrument, sodaß Beobachtungen außerhalb des Meridians nach Ende März, wegen der Dämmerung nicht mehr möglich sind.

⁵ Franciscus de Paula Triesnecker. Diese Tabellen sind allerdings schon im Jahrgang 1788, Appendix pg. 435, erschienen. Im Jahre 1789, app. pg. 329, folgt nur ein kurzer Nachtrag. Eine ausführliche Arbeit Triesneckers ist im Jahre 1789 über eine „Nova Theoria Martis“ enthalten (app. pg. 289 ss).

Zu Brief 12. April 1787

¹ Von diesem Brief Fixmillners an Hell ist weder ein Konzept erhalten, noch findet er sich in den in Betracht kommenden Jahrgängen der Ephemeriden.

² Obwohl dieser Brief Triesneckers und Fixmillners Antwort darauf nicht zur Korrespondenz Fixmillner — Hell gehören, müssen beide hier Aufnahme finden, da sie zum Verständnis der aufgeworfenen Fragen und besonders dieses Briefes Hells beitragen.

³ Franz Taucher, S. J. (Klausenburg 1732—177 Fünfkirchen), Adj. der Sternwarte Tyrnau 1768/69, Dir. der Sternwarte Buda 1777 (s. Q. L. V. Nr 16).

⁴ De la Place: s. Anm. Nr. 15 zur Biographie Fixmillners.

Abschließend erwähnt Hell die „Apotheose Uraniae“ eines ungarischen Dichters, die er vielleicht in seine Ephemeriden für 1788 aufnehmen werde.⁵

Admodum Reverende, doctissime, ac celeberrime Domine!

Perhumanas juxta, ac eruditas Tuas Adm. R. ac cel. Domine litteras die 5 Aprilis ad me exaratas, morae causam ignoro, heri vespere mihi primum redditas esse, certior facio; cumque litteras hasce Tuas calculorum, causa oppositionis Uraniae cum sole mense Januario factae, et cum novissimis Tuis Tabulis collatorum, cum meo Adjuncto, qui eandem oppositionem a se observatam calculis subjecerat, communicassem, intellexi ab eo pridie ab acceptis hisce, id est: 10 hujus, de eodem argumento ad Te Adm. R. ac cel. Domine litteratus exoratas fuisse; eandem et ille ex suis, et ex Astronomi Budensi D. Taucher observationibus differentiam Tabularum ab observationibus reperit 32" vel 33" per defectum. Quid causae subsit, cur in hac oppositione plus justo Tabulae a Te supputatae differant, assequi nondum possum, quae hactenus cum antecedentibus observationibus optime consenserint? Fortassis Uraniam nostram hospes aliquis ex Cometis a nobis non visus, moram facere in suo itinere aethereo coëgit, qua 33" seu 19 horis, aut 22" seu 12 hor. cum novo hospite de coelestibus confabulando iter suum retardaverit. id verosimile, sed hanc, vel aliam causam retardati itineris nobis manifestam facient caeterae oppositionem hanc subsequentes observationes, et illae, quae mense octobri futuro inchoabuntur, ipsaque oppositio anni 1788 circa 18 Jan. Domini De la Place Tabulae cum ultima hac oppositione melius quidem consentiunt, sed id non melioribus, ut puto, elementis, sed potius casui adscribendum subsequae manifestum facient observationes.

Ex litteris Adjuncti mei intellexeris a nobis quoque, causa coeli iniquioris, paucas admodum positiones Uraniae obtentas fuisse, cumque observatorium nostrum machina parallactica, atque Quadrante azimuthali careat, observationes extra meridianum post ultimam Martii causa crepusculi, continuari non poterant, nostrae namque observationes Uraniae omnes fixo in Meridiano tubo peraguntur.

Cum litteras Tuas Adm. R. ac cel. Domine cum meo Adjuncto communicaverim, qui epistolam suam ad Te datam mecum non communicaverit, satis erit, dum ad eum scripseris, eidem significare, inquisitiones at calculos Tuos mecum communicatos, eidem jam notos esse.

De Apotheosi Uraniae a Poëta quodam in Ungaria versante, nuper Carmen manuscriptum mecum communicatum est, proxime typis dandum, et fortassis etiam Ephem. meis anni 1788 inserendum, quod Astronomis non displiciturum arbitror; sunt etenim astronomica pleraque a me eidem communicata, tum

⁵ Erschienen in den Ephemeriden für 1789, app. pg 332 unter dem Titel: „Elegia Epidictica per quam demonstratur: . . . Musam Uraniam esse omnium Musarum primogenitam Urani.“ Excerpta e libro Quinto Silvae Parnassi Pannonii conscriptae, ab Adm. Rev. ac clar. Domino Georgio Szerdaheli, et typis Viennensibus expressae.

etiam illud argumentum pro nomine *Uraniae* contra Bodium, quo ostenditur: *Uraniam* et caeteras Musas a Jove, id est coelo, seu Urano, ex matre Vesta seu Terra prognatam: id mihi post editum meum Carmen innotuit ex Mythologico opere *Natalis* comitis id si prius novissem, distichum illud: Uranus est genitor Saturni, tum Jovis almi, Uranie et diva est, Nataque chara Jovis, ita expressissem: Uranus est genitor Saturni, ast Uranus idem fertur et Uranie, Pieridumque Pater sic etenim docent primi, et antiquissimi Mythologi et Poëtae, Museus, Mnemerus etc.

Jam vale, et mihi Tua amica benevolentia porro favere perge. Vale iterum Adm.R. ac celeberrime Domine
Viennae 12. Aprilis 1787.

Tui Nominis studiosissimus
Maximilianus Hell.

FRANCISCUS DE PAULA TRIESNECKER AN PLACIDUS FIXLMILLNER.

1787 April 8, Wien

Vorbemerkung des Herausgebers: Obwohl dieser Brief streng genommen nicht zur Korrespondenz Fixlmillner — Hell gehört, muß er dennoch hier aufgenommen werden, da er zum Verständnis des 20. Briefes von Hell an Fixlmillner und der folgenden Briefe notwendig ist. Dasselbe gilt für das Antwortschreiben Fixlmillers an Triesnecker, das diesem Briefe folgt. In die fortlaufende Numerierung der Briefe Hells und Fixlmillers sind diese Briefe nicht aufgenommen.

Triesnecker schreibt, daß er schon längere Zeit die Absicht hatte, einen Brief an Fixlmillner zu senden aber zuwartete, um von ihm die in seinem Brief¹ an Hell angekündigten genaueren Beobachtungen des Sternes *p* in den Zwillingen zu erhalten. Er entschloß sich aber nun sogleich zu schreiben, da ihm Taucher aus Buda mitgeteilt habe, daß die von ihm ausgeführten Positionsbeobachtungen des Uranus, von den in Fixlmillers Tabellen angeführten beträchtlich abweichen.² Er zitiert auch die Größe der Abweichungen im Vergleich mit den Tabellen von de la Place. Triesnecker selbst hat mit größtmöglicher Genauigkeit seine Beobachtungen durchgeführt und Übereinstimmung mit Tauchers Resultaten gefunden. Um sicher zu gehen, hat er die Position des Planeten nicht nur mit dem Stern *p* der Zwillinge verglichen, sondern auch mit Delta in den Zwillingen. Dabei hat er noch größere Differenzen gefunden in der gleichen Richtung.

Zum Schluß bittet Triesnecker um Bereinigung dieser Unsicherheit und ersucht dringendst um diesbezügliche Mitteilung.

Vienna 8 Aprilis 1787.

Vir admodum Reverende, ac longe celeberrime.

Cum mihi ex epistula Tua ad Hellium data constaret, Te ascensionem rectam *pII*, quicum planetam novum circa oppositionem comparasti, e Tuis observa-

¹ Bezieht sich auf den Brief IX Fixlmillers an Hell.

² s. Ephemeriden 1788, app. pg. 390 und vgl. dazu auch Anm. 27 zur Biographie Fixlmillers.

tionibus accuratius determinaturum: scribere eapropter ad Te dudum statui, ut, si ea de re jam certi aliquid habes, mecum pro benevolentia Tua communicare velles. Quamquam illud in dies longius differrem, dum expeditis laboribus necessariis tempus suppeteret, observationes a me institutas ad calculum revocandi; omnem tamen nunc tergiversationem abrumpere coegit epistula nudius tertius a Clarissimo Taucher Astronomo Budensi ad me data, in qua mirari se ait, tabulas Tuas novi planetae ab observatione circa tempus Oppositionis hujus anni tantopere differre. Ego certe, scribit ille, collatione facta Uraniae cum π , sumptaque ascensione illius recta vera ad principium anni 1787 $3^{\circ} 18' 46'' 13''$; et declinatione Bor. $21^{\circ} 51' 57.4''$, quae inter Bradlejan: et Caillian: media est, deprehendi aberrationem Tabb. Fixlmillner: ab observatione in long: quidem $-35.8''$, in lat: $-2.8''$; contra Dni. de la Place a vobis relatae, etsi in lat: errent $-14.0''$; in longitudine non differunt nisi $+4.5''$. Ita quidem Taucherus.

Ego, cum etiam a me primae observationes hujus anni cum eadem fixa institutae sint, nihil mihi prius faciendum putavi, quam ut periculi causa observationem oppositioni proximam supputavi. Sumptis Asc. et Decl. stellae a Tauchero supra indicatis inveni pro 10 Jan. 1787 $12^h 20' 53''$ temp. med. Viennae longitudinem veram $3^{\circ} 23' 39'' 43.3''$; et lat. Bor. $0^{\circ} 31' 51.2''$; a quarum priore Tabulae Tuae $-35.7''$, a posteriore $-0.9''$ differunt: atque haec eadem est quantitas, quae a Tauchero in long: inventa est. Cum omnem errorem in determinationem stellae minus exactam conjiciendum existimarem: aliam observationem ad calculum revocavi; in qua planetam non jam cum ρ Geminorum sed cum δ Geminorum comparavi: sed eandem, imo nonnihil majorem differentiam, et quidem in eandem partem deprehendi.

Quare siquid habes, Vir celeberrime, quo nobis hunc scrupulum adimere possis, siquid fortassis de Positionibus superiorum fixarum exactius nosti: rogo Te etiam atque etiam pro mea, qua in Te feror Veneratione, ut mecum benevole communicare non graveris. Quodsi feceris, rem nobis gratissimam feceris. Vale, meque in Tuis cultoribus habeto.

Vir admodum Reverende, ac longe celeberrime

Tuus humillimus Servus
Franc. de Paula Triesnecker
Adjunctus Astron. Caes.Reg.

PLACIDUS FIXLMILLNER AN FRANCISCUS DE PAULA TRIESNECKER.

1787 April 9

Von dieser Antwort Fixlmillners auf den Brief Triesneckers vom 8. April 1787 ist uns das Konzept, allerdings ohne Datum erhalten. Da aber Hell in seinem Brief vom 12. April (Brief Nr. 20) erwähnt, daß Triesnecker bereits am 10. April einen Brief Fixlmillners erhalten habe, der die Fragen Triesneckers im obengenannten Brief beantwortet, dürfte das Datum wohl der 9. April 1787 sein.

Fixmillner freut sich über den Brief, bedauert aber, daß er an Hell nicht schon früher geschrieben habe. Er habe das inzwischen nachgeholt und hoffe, daß Hell seinen Brief erhalten habe. Der Grund der Verzögerung liegt in der Schwierigkeit des ganzen Problems. P. Placidus geht dann genau auf die Anfragen Triesneckers ein. Er hat die Rektascension von „p in den Zwillingen“ genau mit drei anderen Fixsternen verglichen (Delta in den Zwillingen, Gamma im Krebs, Delta im Löwen). Die ersten zwei hat er auch früher schon öfters als Vergleichssterne benützt. Die gefundenen Werte wurden auf den 13. Jänner reduziert. Die Resultate führt er im Brief an. Teilweise wurden die Beobachtungen auch von einem sehr zuverlässlichem Mitbruder² ausgeführt und dessen Resultate mit seinen eigenen verglichen, um möglichst auch die geringsten Fehler auszuschließen. Auf Grund dieser Beobachtungen hat er dann die Opposition der Urania auf den 13. Jänner 5ⁿ 48' 36" mittl. Zeit festlegen können. Das ergibt eine Abweichung von -20.6" von seinen Tabellen. Dies hat er Hell in seinem Brief mitgeteilt. Es folgen dort auch weitere Beobachtungen aus den Monaten Februar und März, die letzten zwei vom 26. und 29. März sind Vergleiche nicht mit p Geminorum sondern mit Delta Geminorum. Fixmillner erklärt dann, daß wie immer es sei, seine Tabellen einer Korrektur bedürften. Der Grund der Ungenauigkeit sind die kurzen Zeitintervalle zwischen den Beobachtungen der jüngeren Zeit. Er hatte für die Erstellung seiner Tabellen die Beobachtungen Flamsteeds, Mayers und die Oppositionen 1781 und 1783 verwendet, wobei die letzten zwei schon im Vergleich zu den ersten, nahe beisammen lagen. Vielleicht kann eine neue Berechnungsmethode gefunden werden, die den Irrtum in seiner verbessert. Er selbst wird, wenn er Zeit hat und eine bessere Methode gefunden hat, nicht zögern, sie bekannt zu geben.

PLUR. RDE AC CLARISSIME DNE.

Quantum mihi solatio fuit humanissima Tua epistola honorari tantum doleo^a quod nimia dilatione meam relationem RR^m ac Clarissm Domino Hell promissam eius scribendi Tibi negotium facessiverim. Spero autem, retardationem meam ipsa rei susceptae difficultate excusatum iri. Quid effecerim^b conatibus meis in definiendam ascensionem p Geminorum impensis ex litteris meis ad RR^{um} D. Hell datis, quas non dubito ad manus eius pervenisse. Summa rei haec est: Comparavi eam fixam cum tribus aliis, nimirum cum Delta Geminorum, Gamma Cancri, & Delta Leonis quarum prioribus duabus iam alias usus sum in observationibus Uraniae^c. Ascensiones praefatarum fixarum

¹ vgl. Anm. 1 zu Hells Brief Nr. 20 vom 12. April 1787. Hell erwähnt ihn in diesem Brief.

² P. Thaddäus Derflinger (Derfflinger) (Altmünster 19. 12. 1748 — Kremsmünster 18. 4. 1824). Prstw. 1773; Adjunkt der Sternwarte, Nachfolger Fixmillners als deren Direktor 1794—1824; 1801—1824 Prodirektor der Lateinischen Schulen, 1803/04 Dekan der Höheren Schulen; reger Briefverkehr (1793—1824, 111 Briefe) mit Alois David, Direktor der Prager Sternwarte. Briefe im Archiv der Sternwarte.

a) i. K. „tarditate promisso“, dgstr.

b) i. K. „notum ipsa“ eingefügt und dgstr.

c) i. K. „Differentiam ascensionis p Gemin a praefatis fixis, diebus variis uti coelum faverat, inventas singulos reduxi“, dieser ganze Satz dgstr.

apparentes ad singulos dies factam observationem supputavi, media positione desumpta e combinatione trium catalogorum; differentias ascensionis p Geminorum variis diebus inventas ad diem 13 Januarii reduxi^d: Reductione facta inveni sequentes.

Dist. p. Gem.	a Delta Gem. in asc. R.	per 9 observationes	+ 1° 55' 10.6"
	a Gamma Cancri	per 8 observat.	—18 58 7.6
	a Delta Leonis	per 12 observat.	—1° 26 55 2.8

Fuere autem ascensiones apparentes

Delta Gemin.	3° 16' 51' 32.9"	Gamma Canc.	4° 7' 44' 50.7"
p Gemin.	+1 55 10.6		—18 58 7.6
Asc. R. p Gem.: appar.	3° 18' 46' 10.5"		3° 18' 46' 43.1"

Delta Leon.	5° 15' 41' 45.4"
	—1 26 55 2.8
	3° 18' 46' 42.6"

Eligendo medium arithmeticum Asc. R. p Gemin.	3° 18' 46' 43.1"
Secundum D. Bradley asc. R. fuisset	3 18 47 2.2

Differentia Bradley +19.1

Observationes, quibus comparatio fiebat cum Delta Geminorum^e interdum intervallum temporis dabant dimidio secundo maius, interdum minus, hinc medium arithmeticum selegi; id quod pariter factum comparatione cum Gamma Cancri. Ast comparationes cum Delta Leonis adeo^f conspirabant cum Gamma Cancri, ut maior consensus exigi non posse videatur. Sex observationes cum hac Delta Leonis fixam p Geminorum comparando institui quadrante murali, et toties eandem comparationem^g semicirculo culminationis 5½ ped. tubo instructo fieri curavi per alium sacerdotem sodalem meum iam pluribus annis a me in similibus observationibus exercitatum, qui in iis peragendis valde cautus est^h, ut non facile quid pro certo adserat, ubi vel minimum haeret dubium. Et quum illi nihil innotuisset eventu sex mearum observationum, adeo tamen meis consentientes suas mihi exhibuit, ut ne in quadrante secundi dissensus appareret.

Hac demum ascensione p Geminorum, uti a me inventa est, observationibus Uraniae applicata, sequebatur, oppositionem huius contigisse 13 Janua-

d) i. K. „sic reductae dgstr.

e) i. K. „& g Cancr“ dgstr.

f) i. K. „consentientes erant“ dgstr.

g) i. K. „semicirculo culminationis 5½ ped tubo“ durch Überschreiben des folgenden Wortes eingefügt.

h) i. K. „ut certum pro nec“ dgstr.

rii $5^h 48' 36''$ med,temp. cum longitudine heliocentrica $3^\circ 23' 19.5''$ a qua tabulae meae discrepant $-20.6''$; observationes, e quibus hoc elicui, retuli in dictis litteris ad RR^m ac clarissimum D^m Astronomum Caesareum³. Sequuntur ibidem plures adhuc aliae observationes mensibus Februario & Martio institutae, de quibus id annotare oblitus eram postremas duas dies 26 & 29 Martii non e comparatione cum p Geminorum, sed cum Delta Geminorum definitas fuisse.

Quidquid vero horum sit: seu error tabularum mearum hac vice sit $20.6''$ seu $33''$ seu $35.8''$ palam hinc eritⁱ, elementa tabularum mearum aliqua correctione egere^k. Causam ergo refundo in nimium parvum intervallum temporis, quo recentiores observationes factae sunt. Nam quum quatuor terminos quantum fieri poterat remotiores ad definienda elementa Uraniae adsumserim, nimirum observationem Flamsteedii, Mayeri, oppositionem 1781 ac demum anni 1783: intervallum temporis ultimum inter duas oppositiones prioribus^l sat longis^m immo et ipsi revolutionis diuturnitati minime erat commensuratum. Ac demum, quid si in illis oppositionibus, quaeⁿ fundamenti ad instar adhibebantur, plurium secundarum errores lateant?⁴ Fortasse autem novo simili calculo^o detegi poterit quid in elementis meis^p emendandum sit, quod si investigandi mihi otium factum fuerit, inventa non differam referre; qui me^q meosque tenues labores favori Tuo summe aestimando commendatos haberi & cum perdemissa veneratione nunquam non futurus Tibi

Plurimum Reverende, Clarissime, ac longe celeberrime Domine

Devinctissimus ac submissimus

P. Placidus.

³ Gemeint ist Maximilian Hell, Astronomus Caesareo-Regius Universitatis.

⁴ In ähnlicher Weise äußert sich Fixmillner auch in einem Brief an Bode in Berlin. (s. Astronomisches Jahrbuch 1788, S. 199). Da er darin seiner Ansicht Ausdruck verleiht, daß ein in weiter Entfernung von der Sonne kreisender Himmelskörper (er vermutet einen Kometen) die Ursache der Störung sein könnte, ist es gewiß nicht vermessenlich zu sagen, daß Fixmillner dreiviertel Jahrhunderte vor Leverrier und Galle den Planeten Neptun „geahnt“ hat, auch wenn er von einem Kometen spricht, und er durch die vermeintlichen Fehler seiner Tabellen — die keine Fehler waren sondern Störungen durch Neptun — zu dieser „Entdeckung“ geführt wurde.

Der diesbezügliche Teil aus Briefen an Bode vom 30. Mai und 19. Juni 1785 sei hier der großen Bedeutung wegen wiedergegeben.

„... haben denn nicht etwa in einem Zeitraum von 93 Jahren die in weiter Entfernung von der Sonne öfters herumkreuzenden Kometen die Bewegung verändert?“

i) i. K. „esset“ dgstr. durch „erit“ ersetzt.

k) i. K. „nec mihi“ dgstr.

l) i. K. „intervallis“ dgstr.

m) i. K. „minime erat commensuratum“ dgstr.

n) i. K. „determinandae orbitae“ dgstr.

o) i. K. „nutatio“ dgstr.

p) i. K. „mutari“ dgstr.

q) i. K. „interea“ über den Text geschrieben und dgstr.

X. PLACIDUS FIXLMILLNER AN MAXIMILIAN HELL.

1787 November 7, Kremsmünster

Dieser Brief findet sich nur in den Ephemeriden für das Jahr 1798, app. pg. 257. Ein Konzept ist nicht vorhanden.

Fixlmillner teilt Hell seine Beobachtungen der Sonnenfinsternis vom 15. Juni 1787 mit und schließt sechs Beobachtungen der Verfinsterung von drei Jupitermonden an. Er hätte gerne auch weitere Uranusbeobachtungen hinzugefügt, aber schlechtes Wetter ließ keine Beobachtungen zustande kommen.

Reverendissime, Clarissime, ac longe celeberrime Domine Domine & c.

Pridem jam mihi propositum fuit, ut de eclipsi solari, quae die 15 Junii contingat, ad te referrem, Reverendissime ac Clarissime Domine Domine. Causa dilationis erat, quod spem conceperim, fore, ut nonnullas Uraniae observationes annectendi occasio daretur. Verum nimia coeli mutabilitas labores meos circa hoc sidus adhuc irritos reddidit, nihil ut mihi nunc reliquum sit, praeter paucas eclipses Satellitum Jovis infra recensendas. Primum sibi locum vindicat

Observatio Eclipsis Solaris,

Die 15 Junii Anno 1787.

Coelum initio satis favebat ad dimidiam usque horam pene post sextam vespertinam. Ex eo autem tempore sole densis nubibus obducto, nec phases, nec finem observare licuit. Praevie diametrum Solis dimensus sum, ope micrometri objectivi, telescopio Gregoriano 16 pollicum applicati. Comprehendebat ea partes 534; quae valent 31' 32.3". Eodem instrumento usus sum in phasium dimensionibus; at pro initio eclipseos definiendo tubo Dollondiano 10 ped.

Initium observavi 5^h 15' 30" temp. veri, observationem censeo bonam ad duo usque secunda.

Phases Immersionum.

Temp. ver.	Chordae in part. microm.		Eaedem in parte circuli		Partes luc. in parte microm.	Partes luci- dae in part. Circ.
A 5 ^h 22' 42"	255	5	15'	5.4"	— —	— —
B 5 25 10	305	8	18	3.6		
C — 28 54	332	5	19	38.3		
D — 32 22	356	5	21	3.3	— —	— —
E — 41 2	430	7	25	26.3	— —	— —
F — 49 7	—	—	—	—	286 5	16' 55.3"
G — 52 35.5	—	—	—	—	270 5	15 58.6
H — 59 23.5	—	—	—	—	258 8	15 17.1
I 6 0 6.5	—	—	—	—	253	14 56.5
K — 1 22.5	—	—	—	—	252 5	14 54.8

Phases Emersionum.

Temp. ver.	Chordae in part. microm.	Eadem in parte circuli	Partes luc. in part. microm.	Partes luci- dae in parte Circ.
L 6 ^h 8' 51.5"	— —	— —	249 5	14' 44.1"
M — 7 11	— —	— —	254 5	15 1.9
N — 10 6	— —	— —	258	15 14.3
O — 14 23	— —	— —	274 5	16 12.7
P — 16 50	— —	— —	282 5	16 41.1
Q — 20 59	— —	— —	308	18 11.4
R — 23 57	437 5	25' 50.4"	— —	
S — 25 22	426 5	25 11.4	— —	
T — 27 7	413 5	24 25.3	— —	
V — 29 33.5	393 5	23 14.4	— —	
X — 32 13.5	373 5	22 3.6	— —	
Y — 34 13.5	361 5	21 21.0	per nubes, ideoque non satis certa	

Inde Sol in nubibus.

Comparatione initia initii cum phasi penultima (ob ultimam dubiam), itemque eiusdem initii cum phasi L, maximae obscurationi proxima, phasibus tamen ipsis praevis a refractione correctis, miro consensu reperi, tempus maximae obscurationis fuisse 6^h 3' 32"; quantitatem eclipsios 6^{dis} 22.5'.

Veram conjunctionem 4^h 45' 41.5" v. t. in 2^s 24^s 20' 28.5" cum latitudine vera B lunae 59' 52.8". Equibus eruitur, tabulas cel. D. Mayer in longitudine deficere 9"; in latitudine vero abundare 4". Sumsi autem hic locum quoque Solis e Tabulis Majerianis.

Post emersionem Satellitis II Jovialis 4^a Februarii Anni currentis, quam prioribus litteris me jam inseruisse memini, sequentes adhuc fuerunt.

Eclipses Satellitum Jovis.

Tubo Doll. 10 ped. Anno 1787 observatae.

Mensis.	Dies.	Temp. ver.	
Augusti	8	14 ^h 31' 20"	Immersio I. Fasciae plus quam medicriter bonae
Septemb.	5	12 22 2	Immersio II. Fasciae benne visae.
		13	certissime immersus
— — —	23	15 3 44.5	Immersio I. Fasciae valde bonae.
— — —	24	10 56 17	Immersio III. Fasciae mediocriter.
— — —		13 18 41	Emersio III. Fasciae elegantes.
Octobris	7	12 13 17	Immersio II. Fasciae bonae. Observatio ab alio facta.

Haec, utut perpauca sint, a Te tamen benigne acceptatum iri, de solita Tua in

me immeritum benevolenti confido Reverendissime ac Clarissime Domine Domine,
Cremifani die 7 Novembris 1787.

Devinctissimus ac demississimus
P. Placidus Fixlmillner, O.S.B.

21. MAXIMILIAN HELL AN PLACIDUS FIXLMILLNER.

1787 Dezember 16, Wien

